

tionem consistere dependentiam ad aliam, & aptitudinalis ad alienum suppositum, sequitur evidentem ipsam non esse assumptibilem, quia quod non est quid positivum, non assumitur, nec assumi potest, quia fundare nequit realem, & positivum unionem ad aliud suppositum, si vero sermo sit de natura personata, id est pro toto aggregato ex natura singulari, & personalitate sequitur etiam evidentem in hac opinione non posse naturam creatam retenta propria personalitate uniri in sensu composito alteri supposito, quia ut arguit Doctor loc. cit. contradictoria veritate tenetur de eadem natura, nam ex eo, quod assumitur actualiter dependet ad aliud, & ex eo, quod supponitur in se personata, seu retinere propriam personalitatem, actualiter non dependet ad aliud, & sic simul & semel dependet ad aliud, & non dependet ad aliud.

Ceterum in opinione de positivo difficile salvatur, quin potuerit persona, ut sic, assumi a divino supposito in utroque sensu; nam si loquamur de persona pro formalis, id est de ipsa personalitate, licet fateatur omnes ipsam esse entitatem inassumptibilem, difficulter tamen excluditur inassumptibilem, quia omne positivum creatum videtur assumptibile, cum omne ens tale sit in perfecta potentia obedientiali ad Deum, ut arguit Doctor 3. d. 1. q. 1. art. 2. §. Contra primam quam. Neque valet communis Advertentium solutio illud solum esse assumptibile, quod pertinet ad veritatem naturae humanae, seu ad formalem hominis constitutionem, ad quam non pertinet personalitas. Non valet, quia in primis si personalitas dicitur quid positivum, non potest assignari ratio, cur magis singularitatis, quam personalitas ad veritatem naturae humanae pertinet. Tum quia neque etiam singularitas pertinet ad rationem naturae humanae, & essentialiam hominis constitutionem, ut sic, & tamen ponitur assumptibilis, & de facto assumpta a Verbo. Tum quia semper urget ratio Scoti, quod omnis positiva entitas creata, vel creabilis est aequae in potentia obedientiali ad Deum, & ideo tenetur assignare rationem, cur omnis entitas positiva pertinet ad rationem naturae sit assumptibilis, non autem omnis ratio pertinet ad rationem personae, a quoque manifesta petitio principii committitur, quia id est, quod argumentum probat etiam personam, ut sic, esse assumptibilem, si personalitas dicitur quid positivum, cum sit aequae in potentia obedientiali ad Deum; ex hoc enim, quod sit inassumptibilis, nos statim deducemus non esse entitatem positivam.

90 Propter ea Suarez p. 2. to. 1. disp. 14. sect. 1. ne videatur principium petere, conatur assignare rationem, cur personalitas non sit in potentia obedientiali, ut possit assumi, & rationem reddit, quia licet personalitas dicitur quid positivum, non tamen est assumptibilis, quia est modus existendi per se incommunicabiliter, & ideo contradictio non implicat, quod ille modus communicetur alteri, assumi autem personaliter est communicari alteri; ergo personalitas formaliter est incommunicabilis, & inassumptibilis, atfer exemplum, nam inhaerentia formaliter includit repugnantiam essendi per se, licet enim accidens possit esse sine subiecto, tamen modus essendi accidentis, scilicet illa inhaerentia formaliter includit repugnantiam essendi per se formaliter, & ideo illi repugnat per se esse, & existere, ita illi modo, qui dicitur personalitas, repugnat assumi, & terminari ab alia persona, & alteri communicari ex sua ratione formalis. Contra, quia si haec ratio deducatur ex conditione modi, qui non potest suum effectum formalem communicare, nisi solum illi rei, cuius est modus, quia illi soli est aliquid, & affixus, sufficiens etiam ad offendendam inassumptibilitatem, & incommunicabilitatem nec v. gr. substantia alteri supposito, tunc idem quoque poterit concludi de omnibus entitatibus modalibus, quod sint inassumptibiles, & alteri incommunicabiles, quia hoc est de ratione cuiuscunque modi, ut suum effectum communicare nequeat, nisi illi rei, cuius est modus. Dices hanc rationem non deduci ex ratione generali modi, sed specialis talis nempe modi, qualis est substantia, qui est modus existendi per se incommunicabiliter. Contra, quia ipsa est incommunicabilis natura singulari, quam afficit, & quam tu dicit reddere incommunicabilem, & illa pars substantia, quae est in manu, unitur cum alia parte substantiae, quae est in brachio; ergo non est per se primo incommunicabilis. Deinde supra num. 79. ostendit, quod si substantia ponitur esse quid positivum, potius dicitur debet res, quam modus, cum ponatur entitas absoluta, & cum ponatur esse substantia, poterit per Dei potentiam a natura separari, & per se existere, si enim videtur id Deus facere de accidente absoluto, ut dices docet in Sacramento Eucharistiae, quando magis poterit hoc facere de substantia? eo autem quod per se existeret, tunc posset assumi; unde etiam illud exemplum de inhaerentia non est ad rem, quia inhaerentia repugnat omnimoda perfectas, seu per se existentem, non autem substantiae, quae ponitur positiva, repugnat omnimoda incommunicabilitas, ut ostensum est; imo exemplum illud potius est ad oppositum, quia modus inhaerentis non potest per quancunque potentiam per se existere, quia est entitas relativa, quae necessario veritatur inter haec extrema, quibus sublati ipsam quoque interire necesse est, at haec substantia positiva ponitur entitas absoluta, & substantialis, unde nihil prohibet, quin possit per se existere, & per se existens assumi.

91 Sed adhuc cum majori difficultate salvatur, quin possit assumi persona pro subtrato, id est natura personata retenta adhuc propria personalitate, unde & ipse Card. de Lugo, qui cum aliis

antiquioribus Theologis tenet hoc esse impossibile, faceret difficultate rationem efficacem adduci, quae ostendatur talis impossibilitas, quo scilicet ad id, ut Recentiores quidam Theologi contra omnem antiquitatem auli sint alere posse de potentia Dei absolute naturam creatam simul terminari personalitate propria, & aliena, quia nullam videtur rationem efficacem aliam ab antiquis Theologis proposita parte, ut experimentum heri potest aliquas percurrere aliis multis praetermissis, quae Suarez loc. cit. obicit, ut inefficaces. Cajet. 3. part. quaest. 4. artic. 2. probat quia natura per propriam personalitatem terminatur intensive, & extensive, & ideo propria personalitas non admittit consortium alterius personalitatis. Sed haec est manifesta petitio principii, dicere enim quod natura propria personalitate terminatur intensive, & extensive perinde est, ac si diceret naturam ita terminari per eam, ut non possit simul alia personalitate terminari, ut bene notat Aret. 3. disp. 5. quaest. 2. art. 1. Rursus probat Cajet. quia ex illo modo, quo humanitas terminatur propria personalitate, sequitur, quod quod natura sit terminata est, non possit assumi, quia assumitur talis personalitas propter naturalem connectionem, quam inter se habent. Sed neque haec ratio valet, ut notavit idem Aret. quia cum personalitas sit res, vel modus rei a natura, realiter distinctus, nihil repugnat veritate humanitatem assumi, quae est incapax assumptionis, manente personalitate inassumpta, quia est incapax talis assumptionis secundum eos; alias item rationes ibi adducit Aret. quas reicit ut invalidas. Et quia ipse probabiliter opinione de positivo defendit, subdit quod in ea opinione talis impossibilitas sic potest ostendi dicendo, quod natura constituitur quidem in esse personae per aliquod positivum, illam tamen creatam positivam necessario consequitur duplex illa negatio actualis, & aptitudinalis dependentia, atque adeo si persona assumitur, adhuc sequetur contradictio, quam in ea quaestione inserit Doctor; scilicet quod eadem persona dependet, & non dependet.

92 At neque haec ratio est valida, nam Doctor loc. cit. 3. disp. 5. quaest. 2. §. ad aliam opinionem, inquit illam rationem ex via contradictionis deductam concludere in opinione de negativo, quod scilicet eadem natura dependet, & non dependet ab alieno supposito per omnes personalitates, esse quid positivum oportere aliam rationem assignare quare persona non possit assumi, seu natura personata retenta propria personalitate, quamvis istum Doctor non declarat, quomodo illa ratio teneat in opinione de negativo, non vero de positivo, facile tamen declarari potest ex principis eorum, qui personalitatem statuunt in positivo, si quidem ut constat ex dictis quaest. 3. art. 2. personalitas tribuitur non tantum effectum negativum excludendi a natura per ipsam terminatam aliam personalitatem, sed aliam quoque affectum positivum, & primarium, qui nimirum sit naturam terminare, eique quicquid complementum substantiale adferre, ut bene explicat Cardin. de Lugo sect. 3. num. 24. ad quem effectum primarium terminandi, & complementum naturam dicunt posse connaturaliter consequi alium secundarium negativum, scilicet excludendi a natura per ipsam terminatam aliam substantiam, sicut universaliter de quacunque positiva forma contingit, quae praeter effectum suum formalem primarium, quem subiecto praestat sine naturae proportionatum, sicut naturae alteri aliud secundarium, qui est exclusio, & exclusio alterius formae incommunicabilis ab eodem subiecto; certum est autem apud omnes Theologos quod licet repugnet Deus per suam potentiam effectum primarium formae in subiecto existentis impedire, quia id manifestam includit repugnantiam, potest tamen impedire secundarium, scilicet exclusionem alterius, vel negationem alterius formae in eodem subiecto, haec enim ratione dicitur Deus posse ponere duo corpora in eodem loco, & contra riam in summo in eodem subiecto, ut dicitur esse suo loco. Quamvis ergo verum sit in opinione de positivo ad entitatem aliam positivam, quia natura in se personatur, sequi connaturaliter, & ex exigentia naturae personatae exclusionem, vel negationem conjunctionis cum alia personalitate, supernaturaliter tamen potest impediri hic effectus secundarius negativus, quo semel impedito natura propria personalitate retenta poterit adhuc uniri alieno supposito, in sententia autem de negativo id fieri nequit, quia substantia aliam effectum non habet, nisi praesens negativum, & est facere naturam formaliter non unitam alteri supposito, quae negatio tolli non potest, nisi ponendo dictam unionem; unde patet, quomodo vera illa contradictio sequitur in opinione de negativo, 3. quod natura ad id dependet, & non dependet, non tamen in sententia de positivo, quia Deus impeditur in natura personata in se, ac etiam assumpta sequelam talis negationis.

93 Verum adhuc Cardin. de Lugo sect. 6. cit. num. 74. nititur ostendere ex hoc sequi aliquam contradictionem, nam ex vi propriae substantiae natura sit in se ipsa, nec tendit ulterius ad aliud oppositum, ex vi alterius positum in alio supposito; at esse in se, & esse in alio fuit termini virtualiter contradicentes, ergo nequit natura terminari propria substantia simul, & aliena; Attamen ex eadem doctrina, quam hic ipse Auclor libi probat in eadem disput. facile solvitur hoc argumentum ab Oviedo. controverf. 6. cit. punct. 5. num. 10. naturam enim in se consistere, duo dicit, unum positivum, aliud negativum, dicit positivum naturam habere propriam terminum, ex vi cuius alio non indiget, & constituitur actu unde quae completa, dicit tanquam quid negativum naturam non terminari alia substantia; primum illud

Aliud positivum est effectus primarius substantiae inseparabilis ab illa; secundum istud negativum est effectus secundarius substantiae; sicut est negatio frigiditatis in subiecto effectus secundarius caloris informantis frigidum, qui secundarius effectus a primo distinguitur, & est separabilis ab illo; bene ergo dicitur in argumento, quod illi termini esse in se, & esse in alio sunt termini virtualiter contradicentes, & non formaliter, quatenus nimirum natura sub propria personalitate petit, non terminetur aliena, attamen cum illa exigentia flare potest oppositum existentiae, ut dicitur de aliis formis incommunicabilibus in ordine ad potentiam Dei absolutam, conservando simul in eadem natura cum propria substantia etiam personalitatem alienam; & tunc sequitur tantum eandem naturam esse in proprio supposito, & in alieno, non autem esse in proprio supposito, & non esse in proprio supposito, esse in alieno, & non esse in alieno, sicut si dicam corpus meum modo in schola existens constitueret simul, & semel in Ecclesia, vel Choro, tunc utriusque valeret dicere, quod essem in schola, & essem extra scholam, scilicet in Choro, non tamen in terra, quod essem in schola, & non esse in schola; atque ideo tandem fatetur Lugo, neque hanc rationem esse convincentem.

94 Hac itaque de causa Hurtad. disp. 11. & Metaph. sect. 8. n. 24. Ariaga disp. 4. Metaph. sect. 13. subsec. 4. Oviedo loc. cit. num. 8. tenet nullam esse implicentiam personam posse assumi, id est naturam retenta propria personalitate simul quoque alia terminari, quod haec ratione probans includit quidem in opinione de positivo, substantia propria non constituit naturam formaliter non unitam alteri supposito, sed tantum habet, ut possit per se ipsam exire, ne natura, quam afficit, uniat, vel terminetur per aliam substantiam; ergo non implicat, naturam personatam assumi in sensu composito; consequentia patet, quia inde non sequuntur contradictoria formaliter, scilicet naturam esse unitam, & non esse unitam alteri supposito, sed tantum sequuntur contradictoria virtualiter, scilicet naturam esse in proprio supposito substantiam, & simul in alieno; naturam autem antecedens, naturam non esse unitam alienae substantiae dicit formaliter negationem unionis cum substantia aliena, esse vero terminatam per propriam substantiam, dicit formaliter propriam substantiam efficientem naturam; ergo naturam esse terminatam haec substantia, & carere aliena sunt effectus distincti, sicut distinguunt positivum & negativum. Haec, inquam, ratio includit in opinione de positivo, verum in sententia de negativo statim solvitur negando antecedens cum eius probatione, quia cum iuxta illam personalitas propria dicit formaliter negationem unionis naturae cum alio supposito, idem propterea est formaliter naturam esse propria substantia terminatam, quod non esset alteri unitam, neque in personalitate ipsa distinguuntur effectus positivus, & negativus, quia vera natura prorsus effectum positivum exhibet substantia ergo naturam, ut dixi q. 3. art. 2. Ut igitur teneamus cum communi Theologorum personam esse inassumptibilem, ne ullum prorsus fomentum detur haereticis Nestorianis, melius est defendere opinionem de negativo, quia iuxta aliam opinionem non potest evidentem ostendi contra Nestorium, quod sola natura fuerit assumpta, & non persona.

Dices, sufficienter Nestorium ex hoc convinci, quia non potest naturaliter eadem natura duplici substantia terminari, unde ex eo quod fide doceatur humanitatem esse a Verbo assumptam, & subsistere substantia Verbi; optime Patres, & Concilia intulerunt locum naturam fuisse assumptam, non vero personam, cum non sint multiplicanda miracula sine necessitate. Sed Contra hoc perhibet in Cardin. de Lugo sect. 6. cit. num. 69. quia tantum, & fortasse majus miraculum est auferre a natura substantiam completam propriam substantiam, quam conservare propriam substantiam cum aliena, nam sicut detur per se repugnantia solum naturalis, & non essentialis inter duas illas substantias, sic repugnat etiam naturaliter, & multo magis manere naturam completam sine propria substantia, quae est passio ei connaturaliter debita; Car ergo magis dicendum est auferri propriam substantiam, ne subsistat miraculose eadem natura per duplicem substantiam, & non potius manere propriam substantiam, ne maneat natura sine passione connaturaliter debita; quod argumentum simile est illi, quod utitur Doctor 4. dist. 10. quaest. 2. Et ad locis demittit, quod si Deus potest ponere idem corpus in pluribus locis demittit, & sacramentaliter, tanto magis circumscriptive, ac demittit, quia prius est miraculum majus, quam posterior.

95 Respondet Oviedo. cit. num. 73. supposita substantia Verbi terminante naturam humanam nullum esse miraculum hanc conservare propria substantia, quia est substantia debita sit naturae complete, quando caret aliena, & eadem debita sit carere aliena, ut habeat propriam, ut tamen debita est eidem naturae propria substantia ex suppositione, quod habeat alienam, sicut non est debita frigiditas aquae ex suppositione, quod calore informetur, nam talis informatio supernaturalis est supra id, quod debetur aquae, & contra id, quod debetur calori, quo supponitur aqua informari. Contra, quia omnes ferè concedunt humanitatem in Verbo existentem habere inclinationem ad proprium suppositum, & appetitum ad propriam substantiam, unde nituntur omnes declarare, quomodo ad hanc flante tali inclinatione non cessat natura assumpta violentem in Verbo; falsum ergo est naturam sub aliena substantia existentem non habere debitum naturae, quia hic habet inclinationem ad propriam substantiam, ha-

bet etiam debitum, quod in tali inclinatione fundatur. Confirm. ex illo ipso exemplo adducto de frigiditate aquae, quae plane debita est aquae sub calore excellenti, nam si non esset ei debita in tali statu, certe talis status non foret ei violentus, seu nocivus. Dices, frigus non potest connaturaliter recipi in aqua perferente in ipso calore. Contra, quia cum dicimus calorem debere aquae excellenti sub calore hoc utique non debet intelligi reduplicative, quatenus calida, quia sic non est capax frigoris, sed potius ei repugnat, sed specificative, id est quae est sub calore, nam in hoc sensu est capax eius, & ad eam naturalem habet appetitum; ergo calor existens in aqua tollit ab ea debitum habendi frigus, sed tantum in sensu composito. Demum ostendo majus miraculum esse absolute loquendo humanitatem in Verbo carere propria substantia, quam si propriam haberet simul cum aliena, quia dum natura caret propria substantia, privatur effectus primario ejus, & aliqua perfectione, quam per ipsam acquireret, dum autem retinet propriam substantiam tunc acquirere terminatur aliena, tunc privatur tantum effectus secundario substantiae, qui est effectus quidam negativus, scilicet exclusio alterius substantiae; ergo constituitur in primo casu in statu magis praeternaturali, vel violento, quam in secundo, quia in eo privatur effectus connaturali magis sibi debito, quam sit secundus; nam effectus primarius formae per se, & primo competit, secundarius autem veluti per accidens, & secundario, & ideo ille est magis sibi debitus, quam iste, ergo prius est majus miraculum quam poterit, & cum non sint praesumenda maiora miracula in mysteriis fidei, quando fieri possunt per minima, potius dicendum esset naturam in Verbo habere propriam substantiam simul cum divina, si hoc est possibile fieri, quam carere propria substantia, & subsistere per solam Verbi substantiam, alias etiam rationes theologicas pro opinione de negativo adducunt Scotus, & Scotista in hac materia, sed quia sumus in Metaphysica, & non in Theologia, haec sola ratio theologica sufficit.

96 Sed contra obicit Suarez disp. 34. Metaph. sect. 2. num. 17. quod potius in nostra sententia de negativo sequitur illud inconveniens, quod suppositum, & persona sit assumptibilis absolute loquendo; probat consequentiam, quia sicut absolute concedimus tenebrosam aere posse illuminari, & animam separatam posse uniri corpori, quia esse tenebrosam, esse separatam solum negationem dicunt, ita concedendum esset simpliciter suppositum posse assumi, vel uniri alteri, quod est contra doctrinam P. P. & Conciliorum, videtur loc. citat. fateatur hoc argumentum non urgere, unde illud solvit, quia non est per ratio de supposito respectu negationis dependentiae, & aere respectu tenebrosam, quia tenebra non sunt de essentia aere, ideoque deplus tenebris potest aere illuminari, ac independentia, seu duplex negatio dependentiae est de essentia suppositi ex Scoto, & ideo nulla ratione fieri potest, ut illud dicatur posse assumi. Haec tamen solutio non placet, postea Suarez liquidem repliare, quod sicut tenebrae non sunt de essentia aere, quem tenebrosam denominant, ita neque illae negationes sunt de essentia naturae, quam denominant independentem, & sicut illae negationes sunt de essentia naturae independentis, ut sic, seu personatae, & suppositatae, sic pariter tenebrae sunt de essentia aere tenebrosi ut sic, sumendo illud pro aggregato ex subiecto, & negatione, vel privatione, quo pacto albedo quoque dicitur esse de essentia hominis albi, ut sic. Ex alio ergo capite debet assignari disparitas, & est haec, quod suppositum alium modum habet significandi suam negationem, quam importat, quam habeat aer tenebrosus in ordine ad significandam suam privationem, nam suppositum, cum sit unicum nomen & incomplexum significat naturam, & negationem adjunctam per modum unius, & naturam suppositatam in sensu composito, ita quod ex modo significandi nequeat facere sensum divinum, & specificativum, sed tantum compositum, & reduplicativum, at aer tenebrosus cum sit terminus complexus significat subiectum, & privationem in sensu diviso, non composito, & ideo admittit sensum specificativum, id est significat aere, qui est tenebrosus, nec facit sensum reduplicativum, nisi adiungatur particula reduplicativa dicendo aer tenebrosus, ut sic, & haec est ratio cur dicitur absolute aere tenebrosus posse illuminari, non vero suppositum posse assumi, & communicari, quia in se includit, & reduplicat negationem communicationis, vel communicabilitatis, at bene notavit Poncius cit. num. 128. non autem quia aer tenebrosus dicitur solum luminis negationem, ut aebat Suarez, nam non minus verè, & proprie dicitur aere tenebrosus posse illuminari, quam aquam si frigidam posse calefieri frigiditate depulsa, & pariterem nigrum posse de albi, etiam albedo, & frigus dicantur formas positivas, & non simplicem negationem.

97 At rursus infat Suarez contra hanc responsum num. 18. quia hic sensus compositus, quem facit suppositum significando naturam suppositatam, manifestum indicium est, suppositum non significare de formalis negationem, sicut *suppositum, & tenebrosum*, sed significare positivum formam constituentem suppositum, & fundantem illam negationem, ob quam suppositum dicitur inassumptibile, & incommunicabile. Et nisi ita dicamus, haec propositio, suppositum non potest assumi, faciet sensum ridiculum, quia significabit naturam aliam manentem independentem, & communicantem in sensu composito non posse dependere, & communicari, quod nihil est didu, perinde



enim esse si diceretur, animam separatam non posse uniri corpori intelligens non posse uniri manentem separatam. Respond. hoc argumentum, quod totum in verbis consistit, & in modo loquendi, si bene ponderetur, etiam Adversariis urgere, quavis enim personalitatem formaliter in proprio ponant, fatentur tamen ad illud positum sequi negationem communicationis, & sic etiam ob involutam negationem in nomine suppositi, illa propositio etiam in eorum opinione facit sensum aliquo modo ridiculum, & negatorium, quod scilicet non possit alium cum positum, ad quod necessarium sequitur negatio assumptionis, vel communicationis, quia tunc esset assumptum, & non esset assumptum, assumptum quidem ex hypothesi, non assumptum vero ob negationem necessariam connexionem. Confirmat, quia etiam secundum ipsos suppositum dicit naturam singularem non alteri unitam, vel communicatam, sive formaliter, & primo, sive concomitantem, & secundario, parum refert ad sensum nugatorium evitandum, nam semper facit sensum, quod natura independens, & incommunicata in sensu composito non potest dependere, & communicari. Negandum ergo est, illam propositionem facere sensum falsum, & nugatorium, sicut istam, anima separata non potest uniri corpori, hac enim propositio absolute prolata est falsa, quia cum ex modo significandi faciat sensum divinum, & specificativum, falsum est, animam, quae est separata, non posse uniri corpori; quod si illam verificare voles per sensum compositum, & reduplicativum, hoc fieri debet ex vi particulari reduplicativae adjunctae, v. gr. prout vel quatenus, ut sensus sit, anima separata, ut separata, non potest uniri corpori, qui sensus utique verus est, sed ridiculus, & nugatorius, quia sensus est, animam non posse esse corpori unitam, quamvis separata maneat, non est talis sensus illius propositio, suppositum non potest alium, nam ille sensus est verus, & serius, ob rationem allatam, quia scilicet significat naturam, & negationem per medium unius, & ex modo significandi facit sensum reduplicativum, & compositum, non autem divinum, & specificativum.

ARTICULUS III.

Argumenta physica contra opinionem de negativo soluta.

93 Contra nostram opinionem de negativo quamplura confarantur argumenta Adversarii tum Metaphysica, tum theologica, quae quidem secundum referenda sunt, & relolvenda, primo quidem metaphysica, & postea theologica; arguitur itaque ex Cajet. 3. part. quaest. 4. artic. 2. alique Thomistis ibidem, substantiam secundam constituitur per aliquid reale, & positivum, ergo tanto magis substantia prima, quae est suppositum, cum hac sit maxime substantia, & perfectior illa ex cap. de substantia. Tum 2. quia omnes fatentur hanc nomina, hypostasis, persona, hic homo, & rursus hanc pronomena ego, tu, ille, significare formaliter substantiam, non vero negationem. Tum 3. suppositum, quia tenet suppositum, dicit perfectionem, & hoc est perfectissimum in genere substantiae, sed negatio nullam importat perfectionem, cum sit non ens, ergo & probatur major, nam quod addit suppositum creatum individuae substantiae est de perfectione, & complemento substantiae, unde & subsistentia dicitur esse maxima perfectio in genere substantiae, & hanc rationem vocat Suarez offensivam, & Ovidius probat eandem majorem punct. 2. num. 12. quia si subsistentia non perficeret naturam, illamque completeret, penitus otiosa esset, & nullum esset munus, sive formalis ratio, per quam posset constitui, ut dicit se probaturum puncto sequenti. Tum 4. quia tunc suppositum formaliter non significat per se unum substantiale, sed aggregatum quoddam ex natura reali, & negatione, quod tamen est contra communem loquendi, & concipiendi modum, cui rationi fidem Scoti opinionem de positivo tenentes, ut esse videtur apud Radam, & Centium. Tum 5. quia negatio formaliter est nihil, vel ens rationis, ergo si suppositum formaliter negatione constituitur, sequitur quod sit formaliter nihil, vel ens rationis. Tum 6. omnis negatio secundum ipsum Scotum fundatur in aliquo positivo, & consequitur ad aliquam affirmationem priorum, & nulla negatio apud ipsum potest de se esse incommunicabilis, nisi per affirmationem, quam consequitur, & hac ratione ipsemet 2. dist. 3. quaest. 2. contra Henricum probat individuum addere aliquam positivam differentiam speciei, ergo negatio communicationis, vel communicabilitatis, quam dicit suppositum in aliqua affirmatione priori fundari debet, ad quam consequitur. Tum tandem, quia haec opinio de negativo non si verbis videtur differre ab opinione Durandii, qui dicebat naturam, & suppositum non differre, nisi penes modum significandi concretum, & abstractum, nam etiam Durand. fatetur in natura substantialis completa necessariam esse earentiam unionis respectu naturae, ad alieum personam, ut positum suppositum appellari.

99 Respond. quod Arist. per primam substantiam intellexit substantiam singularem, & hanc appellavit maxime substantiam, & perfectiorem, & ideo in esse tali, scilicet singulari per negationem consisti non potest, quo argumento utitur ipse Scotus 2. dist. 3. quaest. 2. B. contra Henricum ad probandum singularem per negationem constitui non posse; ad vero prima substantia idem fit omnino, quod suppositum, ac invicem convertantur, rest quaestio inter Doctores, quorum aliqui affirmant, quia haec est sub-

stantia omnino completa, & perfecta in genere substantiae, & omnis talis est suppositum; alii negant, quia humanitas Christi est haec numero humanitas, & singularis, & tamen non est suppositum. Sed vel haec quaestio agitur secundum mentem Aristoteli, vel secundum veritatem, in primo sensu iam dixi supra num. 24. quod de mente Aristoteli prima substantia, seu substantia singularis completa, & suppositum convertuntur, nam etiam concedere velimus, quod aliquam agnoverit distinctionem inter singularitatem, & suppositivam (quod non omnino certum est) non tamen tantam agnovit, quantum moverunt Theologi per fidem, ut scilicet singularitas posita suppositivitate separari, nam apud ipsum omnis substantia singularis completa est necessarium incommunicabilis, nedum, ut quod, sed etiam ut quod, & repugnantiam habet ut communicetur alteri supposito, & ideo prima substantia, & suppositum in eius sententia sunt idem saltem materialiter, & convertuntur; si vero haec quaestio agitur secundum veritatem, tunc distinguendum est de significatione nominis primae substantiae, nam si per primam substantiam intelligatur solum substantia singularis, & individua, tunc utique non sunt idem substantia prima, & suppositum, quia humanitas Christi est haec numero, & singularis, & tamen non est suppositum; si vero per primam substantiam intelligatur substantia omnino in se perfecta, & completa, & actualiter, ac aptitudinaliter independens ad alieum suppositum, tunc prima substantia, & suppositum in hoc sensu convertuntur, unde patet, hanc esse quaestionem de nomine; in sensu utique primo, quo substantia prima non est idem, quod suppositum, sed solum quod substantia singularis completa, argumenta non prosunt; in alio vero sensu, quo sunt idem, tunc dicendum cum Basilio cit. primam substantiam, quae dicitur suppositum, esse maxime substantiam; quatenus includit ipsam substantiam singularem, non vero quantum ad id, quod illi superaddit, quod est negatio, sicut etiam ipsa singularis substantia dicitur perfectissimum, & maximam substantiam, quantum ad singularitatem, quam superaddit naturae communi contra deum, non autem quantum ad negationem divisionis in plura inferiora, & communicabilitatis ad illa, quae consequitur ad ipsam singularitatem.

100 Ad 2. concedo illa nomina, & pronomena in communi modo loquendi substantiam significare, & quidem rationabiliter, quia nomina illa nedum significant suppositivitates, & personalitatem, sed etiam naturam, sicut etiam individuum, vel singulare non significat individuationem precise, sed compositum ex natura, & singularitate; & sic quia natura, quam significat, est substantia, ideo substantiam significare dicuntur, quia significant totum compositum ex natura, & suppositivitate. Adhuc tamen etiam in hoc puncto contingit controversia ferre de nomine, cum enim in integro significato suppositi, vel personae duo continentur, natura nempe, & negatio, quam personalitas importat, sive suppositivitas, disputatur, an personae, vel suppositi nomen de primario significato naturam dicat, & negationem committat, num est contra, vel potius utrumque dicat ex quo hoc illud quidem aliter non potest, quia tunc conceptus personae, & suppositi non esset per se unum, quia ex positivo, & negativo talis conceptus per se unus coalescere nequit, per quem utrumque ex quo exprimitur, ut ergo saltem eius per se unitas, opus est, ut unum formaliter importetur, aliud vero non connotetur ex modo significandi principalis significati juxta regulam, quam saepe docet Doctor ad salvandam per se unitatem conceptus concretorum, nam licet coalescat ex rebus diversis generis, quando tamen unum non importatur ex aequo, ut pars talis conceptus, sed unum, ut principale significatum, aliud vero, ut additum, tunc non impeditur per se unitas conceptus, ita docui frequentius in Logica cum Scoto quaest. 3. universi. in fine, & quaest. 15. ad 2. & quaest. 8. praedicamenta ex 4. dist. 1. quaest. 2. litter. A. & quod 13. §. de tertio principali, vide dist. 2. Logic. quaest. 6. art. 2. & disput. 6. quaest. 3. art. 2. ergo in proposito, ut saltem per se unitas conceptus suppositi, & personae opus est, ut vel natura importetur in recto, & negatio communicabilitatis connotetur, vel contra, & sive hoc dicatur, sive illud parum refert, quia utrumque probabile judicavit Doct. 1. d. 23. q. un. D. Et ceterum, quia in toto, & integro personae significatio reperitur natura, & personalitas, & ex his personalitas habet rationem determinativam, quae ad naturam determinat esse personae, hinc consequenter dicendum est per nomen personae, atque suppositi magis formaliter significari personalitatem, quam naturam, juxta regulam a Doctore a signata 4. dist. 13. que. 1. I. quae sunt aliqua duo diversa importata per unum nomen, rationale est, quod principaliter significet formalis, & connotet illud quod est materiale; illud autem connotet formalis quod magis habet rationem determinantis, & qualificantis; ut idem docet 4. dist. 11. quaest. 1. Equale in proposito est personalitas respectu naturae. Hinc qui personalitatem formaliter statunt in positivo, consequenter etiam dicunt personam de formali significare positivum, & connotare duplicem illam negationem, ut Rada 1. parte contra inv. 22. art. 2. ita quod persona sit formaliter existens incommunicabilis habens naturam intellectualem; qui vero eam statuunt in negativo, consequenter ajunt principium importari nomine personae negationem illam duplicem, & connotari naturam existentem, ut Basilio 1. dist. 23. citat. ita quod persona formaliter sit incommunicabilis habentis existentiam

fiam in natura intellectuali, quidquid de hoc dicatur quia ut dixi esse liber de nomine, parum refert ad praesentem difficultatem, quia quocumque modo dicatur, semper verum est illa nomina, & pronomena significare substantiam sive de principali, sive de connotato.

101 Ad 3. quidam Scotistae negant minorem, quia negatio etiam potest dicere perfectionem, si fit negatio imperfectionis, sicut est in proposito, quia personalitas est negatio dependentiae ad alieum suppositum, quae dependentia dicit imperfectionem in natura, quae doctrina fuit Maizon. 1. dist. 24. quaest. 2. & Poncio probatur hic num. 127. & dist. 12. Log. quaest. 1. num. 8. opus tamen docui dist. 5. Metaph. num. 47. quod etiam hic docet Basilio in sol. ad 2. ubi ait, quod nulla priorius negatio potest esse perfectio, etiam si fit negatio imperfectionis, quia negatio cuiusque five perfectionis, five imperfectionis, non est aliquid positivum, & ideo nequit participare passionem, vel modum intrinsecum entis, quae est perfectio; imo quando haec doctrina esset vera, adhuc esse male applicata, quia falsum est, quod dependentia ad divinum suppositum, in cuius negatione consistit creatura personalitas sit imperfectio, cum potius sit maxima perfectio; itaque cum Basilio dicendum, quod suppositum creatum secundum rationem suam formalem, & secundum illud, quod addit supra naturam non dicit perfectionem, licet bene neget imperfectionem dependendi, vel inintendi naturam extrinsecum suppositum, quod intelligendum est ex hypothesi, quod positum suppositum creatum terminare dependentiam alterius naturae, tunc enim utique talis dependentia imperfectionem poneret in natura dependente; & haec est ipsissima Scoti doctrina quolib. 19. ubi agit de hac materia, & infra littera D. ait, quod entitas hypostatica non est simpliciter perfectio, vel simpliciter perfectio, & littera K. inquit, quod entitas hypostatica non est secundum quam aliquid formaliter perficitur, sed secundum quam recipit perfectionem, vel saltem determinatur ad perfectionem receptam; nec mirum hoc esse debet, quia nec suppositum divinum, ut sic, vel potius divina personalitas dicit perfectionem simpliciter (licet nec dicit imperfectionem) ut probat Doctor quolib. 5. unde cum dicitur subsistere esse maxima perfectio, respondet Doctor ibi littera V. quod subsistere (tunc) potest dupliciter vel pro per se esse, vel pro incommunicabiliter per se esse, primo modo dicit perfectionem, & perfectissimum esse, non autem secundum modo, & quando dicitur item suppositum esse perfectissimum in genere subsistentiae, hoc non debet intelligi formaliter, quatenus dicit negationem, sed fundamentaliter, & praesuppositivae, inquantum personalitas praesupponit naturam completam in genere substantiae, in qua fundetur, & ad aliam denique probationem Ovidii. negatur, personalitatem proprie, & positivam naturam perficere, & complere, id enim nequit intelligi nisi negative, quatenus scilicet excludit dependentiam a quocumque supposito extrinsecum, & falsum est, quod illud minus positivum non exerceret erga naturam praesuppositam, nam tunc maneret, nam tunc praesuppositum potest praesupponere, falsum est insuper quod potest praesupponere minus positivum, & ad ejus probationes. Puncto illi sequenti ab ipso cit. abandonat dixi q. 3. art. 2.

102 Ad 4. retorquet illud argumentum hic Poncius, sicut & alia nonnulla, quia hoc idem fieri posset contra singularem, quod in sententia communi Recentiorum per negationem constituitur; ego tamen Recentiores non vidi tunc singularem constitui per naturam negationem, imo potius unanimes arguentes contra Henricum, cui ea opinio tribuitur. Unde melius retorqueretur ex dictis num. 77. ubi ostendi, quod si suppositum constituitur per aliquid positivum naturae singulari superveniens, cum id adveniat naturae singulari alicui existenti, & completum in genere substantiae, erit accidens, & sic cum natura singulari faciat unum per accidens, ad argumentum igitur concedit Basilio suppositum, ut sic, non esse aliquid per se unum, bene tamen singulare, & individuum, quod includitur ipso, & ratione illius suppositum dicitur per se unum, & universale in concreto praedicatur de ipso supposito, non autem ratione negationis, ita etiam respondet R. ibi 3. dist. 2. quaest. 2. Vel dicit, ut in solutione ad 1. adhuc salvari unitatem conceptus personae, quia non ex aequo importat positivum, & negativum, ut patres constitutivus, sed unum significat, & aliud connotat, quod unitatem conceptus non impedit ex Scoto loc. cit. hanc eandem difficultatem movere Licher. 3. dist. 1. quaest. 1. in §. non asserendo, cui etiam ipse respondet, quavis inveniunt iterum pro opinione de positivo, non tamen admodum efficacem credit. Dices, hoc argumentum fieri in terminis a Doctore 2. dist. 3. contra Henricum, qui dicebat singularem per negationem constitui, ac item in terminis reselli solutionem a nobis ex Basilio adductam; argumentum enim quod facit, est huiusmodi, de singulari per se primo praedicatur illud, cuius est singularis, sed de aliquo ente conceptu sub negatione non praedicatur per se aliquam entitatem totius subiecti, quia totum non est per se unum, si ratione parvis, scilicet ratione naturae includit, tunc non est praedicatio superioris de inferiori, sed quidem de seipso, ita Doctor, sed haec est nostra responsio modo data, quod scilicet universale praedicatur de supposito ratione individui, vel singularis includi, ergo non est idonea, nec ad mentem Doctris. Negatur haec consequentia, nam argumentum optimè procedit contra singularem, quod per negationem non constituitur, non autem contra suppositum, vel personam, ratio est,

quia si natura communis v. g. humanitas praedicatur de Petro non ratione totius subiecti, sed ratione naturae includit, tunc humanitas de seipso praecise praedicaretur, ut inferret Doctor, & sic non esset praedicatio superioris de inferiori, sed eisdem de seipso; at non est ita in proposito, quia cum dicitur Petrus est homo, intelligendo de supposito, humanitas non praedicatur de seipso, sicut in primo casu, si singulariter per negationem constitueretur, sed praedicatur de hoc homine singulari, qui dicitur Petrus, & ratione huius humanitatis singularis in supposito includit dicitur etiam de supposito, unde iuxta allatam solutionem potest bene humanitas quidditative, & seipso dicitur de seipso quocumque supposito praedicari, quia dicitur de natura singulari, ut connotat illas negationes, quae dicit suppositivitas, unde non sequitur idem de seipso praedicari, sicut lequeretur, si singulariter per negationem constitueretur, & ratio est, quia natura, quae est pars singularis, & individui, est ipsa natura communis contra de per talem differentiam, unde non distingueretur ad, quod praedicatur, & de quo praedicatur; sed natura, quae est pars constitutiva suppositi, est natura singularis ipsa, quae recipit per se praedicationem naturae communis, unde non est idem quod praedicatur, & id de quo praedicatur.

103 Ad 5. negatur consequentia, nam aliud est loqui de suppositivitate, & aliud de supposito ipso, suppositum namque duo dicit & naturam singularem, & illam duplicem negationem, ut dictum est ad 2. suppositivitas vero est precise duplex illa negatio, & conceditur ergo negationem illam esse nihil positivum, licet concedendum non sit esse ens rationis, cum sit vera, & realis negatio consequens naturam singularem ex natura rei ante quocumque opus intellectus, ut notat Doctor 1. dist. 23. quaest. unice. sed negatur quod inde deducitur, suppositum esse formaliter nihil, quia suppositum praeter negationes naturam singularem includit, sive naturam singularem praeserferat negationes connotando, sive negationes importet connotando naturam, parum refert, & ideo non debet dici nihil. Ad 6. respondet ipse Doctor 3. dist. 1. art. 3. §. per hoc ad argumentum, dicens maiorem non esse univocaliter veram, sed verificari tantum de negatione, quae ab intrinseco provenit, & repugnantiam inducit in subiecto ad oppositam affirmationem, talis est negatio irrationalitatis in homine, & ideo fundatur necessario in aliquo positivo, ratione enim negatio necessario est competiti, & haec est rationalitas; talis etiam est negatio communicabilitatis, ut quod, in individuo, quia omnino repugnat ei in plura dividi, de quibus praedicatur per modum superioris, & ideo talis negatio conveniri illi debet per aliquam entitatem positivam, in qua fundetur, & ad quam indispensabiliter consequatur, talis autem non est negatio communicationis, ut quoque, naturae singularis ad aliud suppositum, nam talis negatio convenit illi contingenter, & extrinsece, id est per defectum causae extrinsecae affluenter, aequa non affluitur, & quia non affluitur, ideo in se personatur per illam negationem, unde quia talis negatio accidentalis convenit naturae, & mere ab extrinseco, non debet dari positivum, quod sit illius causa, ut patet de negatione lucis in aere, quae quae contingenter ei convenit, & ab extrinseco ex absentia nempe corporis luminosi, ideo non convenit aeri per aliquam entitatem positivam ipsi intrinsecam. Dices, quod licet id dici possit de negatione actualis communicationis ad alieum suppositum, non tamen de negatione aptitudinalis, haec siquidem convenit naturae substantiali ab intrinseco, quia quantum est ex se peti in se, & per se existere, propterea natura debet convenire per aliquid positivum, & talem est entitas ipsius naturae, quia ista negatio se habet, ut passio, fluens ab ipsa natura, & ideo non bene explicatur ratio personalitatis per duplicem illam negationem communicationis, & communicabilitatis. Responderetur hoc totum gratis esse concessum etiam de mente Doctris quolib. 19. artic. 3. V. supra in hac disputatione numer. 57. ubi dictum est, negationem communicationis aptitudinalis non pertinere ad formale constitutum personae, & dicit tantum fundamentaliter, & praesuppositivae.

104 Ad ultimum negatur assumptum, etenim Durandus ponebat rationem formalem suppositi in entitate naturae in concreto significatam, & hinc formalem rationem differre a natura, nos autem ponimus distinctionem realem inter suppositum et dicimus esse negationem, sed negativam, qualis est inter ens, & non ens, fateorque libenter posse Durandum benigne interpretari, quod dum ait suppositum nihil superaddere singulari naturae, non fuerit eius mens, quod nihil omnino superaddat nec positivum, nec negativum, sed solum asserere voluit, quod non addat quod positivum, licet in modo loquendi aliquoties excesserit. Dices cum Rada adhuc contra opinionem de negativo urgere argumentum, quod fiebat contra opinionem Durandii, nam adhuc suppositum, & natura possent per identitatem de se invicem esse fieri, & natura possent sua humanitas, probatur consequentia, nam adhuc secundum hunc dicendi modum natura, & suppositum non differunt, nisi secundum modum significandi, & non per aliquam realem positivam. Negat consequentiam Basilio in citata solut. ad 5. nam ratio, quare natura non praedicatur per identitatem de supposito, licet nihil reale positivum naturae superaddat, est, quia ad praedicationem per identitatem opus est, quod utrumque extremum, vel alterum ipsorum sit in finem formaliter, vel



saltem permiffive, & per consequens, quod se positivum, quod in proposito non contingit. Ad id in opinione de negativo non posse, illam prædicationem verificari per identitatem, in ea namque id est non verificatur in opinione de positivo, in ea namque id est Petrus non est sua humanitas præcisè, sed aliquid plus, at sic etiam est in opinione de negativo servata proportione, quia Petrus est aliquid plus, quam sua humanitas, non quidem positivum, sed negativum, quod sufficit ad falsificandam illam prædicationem per identitatem, quia complexum ex humanitate, & negatione distinguitur ab humanitate præcisè sumpta.

105 Secundo principaliter arguitur ad idem, nulla imperfectio repugnat alicui enti, nisi propter aliquam perfectionem illi convenientem, quæ est entitas positiva, sed dependere ad illud suppositum est imperfectio, quæ repugnat supposito, & non per naturam, quia Verbum assumptum naturam hanc, non tamen subsistentiam, ergo per aliquam entitatem illi superadditam, maior proteratur, imò tantum argumentum ex Scot. 2. d. 11. q. 2. lit. B. ubi ob id asserit, naturam per aliquid positivum includitari, quia per individuationem excluditur imperfectio, quæ est determinatur substantia, & divisi. Tum 2. quia non magis ex se determinatur natura ad hypostaticitatem, quam ad singularitatem, imò minus, quia natura creata potest stare sine propria hypostaticitate, non autem singularitate; sed ad singularitatem determinaretur per aliquid reale positivum naturæ superadditum, ut constat ex dictis disp. præced. ergo tantum magis ad hypostaticitatem. Tum 3. modus essendi accidentis non est perfectior modo essendi substantiæ, sed modus essendi accidentis, qui est inherere, dicit aliquid positivum, ergo & modus essendi substantiæ, qui est subsistere. Tum 4. accidens dependet ultimare ad suppositum substantiæ, ergo suppositum constituitur in esse suppositi per aliquam entitatem realem. probatur consequentia, quia terminus realis dependentia debet esse realis, probatur assumptum, quia dependentia accidentis est rei communicabilis, quæ nequit terminari, nisi ad omnino incommunicabile, quale solum est suppositum substantiæ. Tum 5. Scotus 3. d. 17. q. 4. vult suppositum creatum posse taliter formaliter, si non effectivè, alienam sustentare naturam, quod dici non potest, nisi constituitur per aliquam positivam entitatem in esse tali. Tandem arguitur ex numeribus, quæ personalitas exercet circa naturam, nam natura dicitur sustentari in proprio supposito, dependere ab illo, illi inniri, item inclinari in propriam personalitatem, ab eaque perfici, & compleri, quæ quidem omnia munera positiva.

106 Resp. ad D. Doctor ipse 3. d. 1. q. 1. art. 3. & quol. 19. art. 3. ubi argumentum adducit in terminis, quod si dependere ad alienum suppositum repugnet simpliciter naturæ creatæ singulari, sicut ei repugnat dividi in plura, de quibus prædicatur, repugnare ei necessario per aliquod positivum, sed nulli naturæ creatæ potest sic repugnare, quia omnis entitas creata non solum dependet ad creaturam, ut dicitur, sed etiam potest dependere hac speciali dependentiâ, ita dicitur, pro perfectiori tamen argumentum solutione addendum est majorem, & minoram in argumento aliquid sumptas absolute prolatis non est substantiam, non quidem majorem, quia ut notat Lich. 2. d. 11. q. 2. quæst. 2. §. in his relationibus divinis personarum constitutibus simpliciter, & absolute repugnat omnis imperfectio, & tamen ipsa formaliter nullam dicitur perfectionem, cum sint entia non quanta ex Scoto quol. 5. unde non semper opus est, quod positivum excludens simpliciter imperfectiorem ab alio importet formaliter perfectionem, sed sufficit, quod non dicitur imperfectiorem; imò inquit Bassholus citat. in solut. ad 2. quod excludere aliquid imperfectiorem formaliter eo modo quo negatio excludit affirmationem, potest convenire alicui, quod non dicit perfectionem, quia nulla negatio dicit perfectionem; verum est tamen, quod illa negatio ad aliquod positivum reducit, à quo excludit illam imperfectiorem, sicut est in proposito, & illud positivum frequenter non est ratio excludendi talem imperfectiorem necessariò, quia illud positivum aliquando est indifferens ad illam imperfectiorem, & ad negationem illius, quod autem sit sub altero illorum, hoc evenit ex actione extrinseci agentis, vel suspensione illius, ut est in presenti de negatione per suppositum importata. Neque etiam minor est aliquid vera, ut notat Lichet. loc. cit. primo quia communicari alicui in ratione suppositi nullam dicit imperfectiorem; quia divina essentia tribus divinis suppositis communicatur absque omni imperfectiõne; deinde quia in natura creata licet dependere ad alienum suppositum creatum diceret imperfectiorem, tamen dependentia ad divinum suppositum tantam abest, ut dicitur imperfectiorem, quod potius maximam ponit perfectiorem in natura tali supposito unita. Ad 2. ex Basshol. negatur paritas, quia sic determinatur ad singularitatem, quod sibi repugnat simpliciter ipsa manente dividi, & multiplicari in plura; & ideo oportet, quod per aliquod positivum illi sibi repugnet, scilicet per differentiam individualem; non sic autem ad suppositum creatum determinatur, sed contingenter ad ipsum, sic quod ipsa manens eadem potest illi non suppositari, sed alio, & ideo licet ex se ipsa ad suppositum non determinetur, non tamen per aliquod positivum superadditum, sed per aliquod negativum.

107 Ad 3. constat ex dictis quæst. 2. per modum subsistentiæ, de quo hic est sermo, non constituit substantiam independentem à subiecto inhaerentis, sed tantum constituitur incommunicabilis ad

alienum suppositum, est autem independentis à subiecto inhaerentis per aliquem modum intrinsecum sibi realiter identitatem, & inhaerentiam oppositum, qui est propria substantiæ existentia, & utique est perfectior, & nobilior modo essendi accidentis. Ad 4. respondet ipse Doctor quol. 19. P. & Q. quod ultimare terminare duo dicit, primum est terminare, secundum est terminare sic, quod nihil ulterius terminet; quantum ad primum terminus dependentiæ realis est aliqua entitas positiva, scilicet substantia singularis, quantum ad secundum bene potest esse terminus aliquid negativum, unde ad argumentum negatur consequentia, cuius probatio procedit de eo, quod terminat, non de eo, quod ultimare terminat. Ad 5. non resolute illud asserit Doctor, sed probabiliter iuxta aliam sententiam de positivo, quam ipse probabilem censuit, ut constat ex dictis artic. 1. huius quæst. num. 64. & inde, ubi de hoc fusi disputatum est. Ad ultimum jam dictum est supra num. 55. illum loquendi modum de dependentiâ, & sustentatione naturæ in proprio supposito pertinere ad opinionem de positivo, alioquin in opinione de negativo non nisi improprie usurpari potest, ut ibi explicatum est ex Ocham 3. quæst. 1. & Lichet. 3. d. 11. q. 1. in §. non asserendo, sic etiam cum dicitur natura inclinari in propriam personalitatem, debet intelligi, ac si diceretur esse propem ad per se standum non alteri intendendo; & denique sic etiam intelligi debet, cum dicitur perfici, & compleri propria personalitate, quatenus nempe negatio per ipsam importata formaliter excludit à naturâ dependentiam à quolibet supposito extrinseco, quæ dependentia poneret imperfectiorem in ipsa, si esset ad aliud suppositum creatum, unde per ipsam dicitur perfici negative; dicitur etiam compleri, quia ipsa tali negatione existens nequit alteri communicari, cum quo faciat compositum aliquo pacto per se unum. Et hæc munera esse explicata bene possunt exerceri per simplicem negationem.

108 Tertio arguit Joanni. de Sancto Thoma quæst. 7. Physicæ art. 1. independentes est perfectius dependente, sed dependens est aliquid positivum; ergo independentia in illo genere non potest esse sola negatio, licet per negationem explicetur, unde hi arguuntur, quatenus non subsistens, in quantum tale est, imperfectus subsistens, vel perfectibilis per subsistentiam; ut patet in anima separata, & quæcunque alia parte, quæ imperfectior est, quam res subsistens, ut potè incompleta, & perfectibilis, subsistens autem est integrum perfectum, & completum; ergo potius non subsistens dicit negationem illius perfectionis, quam res subsistens solum addat negationem sine aliqua positiva perfectione supra naturam. Respond. satis constare ex dictis subsistentiam, seu subsistentiam nomen plures habere significationes, quæ sunt distinguende; ne in argumento fallacia contingat, & ab una fiat transitus ad aliam, solet namque subsistentia interdum sumi, prout à re subsistente excludit communicationem, & inexistitiam in alio, sicut in subiecto inhaerentis, vel in toto, quod constituit per modum partis, & sicutque verum est subsistens esse perfectius non subsistente, & independentis perfectius esse dependente in tali genere, & in hoc sensu conceditur subsistentiam dicere quid positivum, verum in hac non est subsistentia, de qua hic est sermo, & quæ est modus naturæ superadditus, quia omnis substantia completa tam simplex, quam composita ex se ipsa est sic independentis, & incommunicabilis alteri, ut subiecto, ac ut toti, & non per aliquem modum superadditum; ut dicitur quæst. 2. & 3. Sed hic est sermo de subsistentia, prout dicit incommunicabilitatem suppositalem, seu alteri, ut supposito & independentiam ab alio, ut à supposito naturam terminat, in quo sensu non est universaliter verum, quod natura in se subsistens, & ab alieno supposito independentis sit perfectior naturâ dependens in alio; & ab alio dependente, nam si talis dependentia esset ad divinum suppositum, tunc perfectior est natura dependens, quam independentis, quia in eo perfectior modo subsistit, quam in se; & quia naturæ creatæ subsistentiam nos in opinione de negativo explicamus præcisè per independentiam ad divinum suppositum, & negamus suppositum creatum talem dependentiam posse terminare, & supplere, huiusmodi dicitur, negationem dependentiæ, quam importat suppositum, dicere negationem alicuius majores perfectiõnis, scilicet unionis hypostaticæ ad divinum suppositum, quia solum per istam unionem excludit potest propria subsistentia à natura creata, cum nullum aliud suppositum possit illam assumere, quam divinum.

Sed contra hanc solutionem, quam bene prævidit, hic Author instat tripliciter, primo quia subsistentia naturalis, & propria non solum opponitur unioni hypostaticæ, sed etiam opponitur modo existendi accidentis, qui est inhaerentia; & modo existendi, tanquam pars incompleta, utramque enim repugnat supposito, & consequenter ab illo excluditur, frustra ergo restringitur ad negationem unionis hypostaticæ. Deinde quia subsistentia propria est aliquid naturale primo, & per se, quia constituit aliquid ordinis naturalis; ergo non potest primo, & per se consistere in negatione unionis hypostaticæ; quæ supernaturalis est, licet illam etiam excludat, sicut in quacunque re naturali inveniatur negatio rationis supernaturalis, non tamen illa negatione res naturales constituitur primo, & per se. Demum, quia vel illa negatio unionis hypostaticæ sumitur privativè, vel purè negativè; si purè negativè non potest constituitur personam, immo accidentem, immò & entibus rationis convenit negatio unionis hypostaticæ; si privativè, solum convenit naturæ;

turæ, ut apace unionis hypostaticæ, solum autem est capax per potentiam obedientialem; ergo privato etiam illi convenit secundum hanc capacitatem; ergo si per illam constituitur subsistentia naturalis, convenit subsistentia naturalis secundum capacitatem obedientialem, quo nihil absurdius dici potest.

109 Resp. negando assumptum, quævis enim natura suppositabilis, vel suppositata sit nempe alteri incommunicabilis, ut supposito, sed etiam ut subiecto inhaerentis, ac ut toti, cuius sit pars constitutiva, adhuc tamen fallum est has incommunicabiles excludi ab ea formaliter per suppositum; quia ex se ipsa est sic incommunicabilis alteri, & non per aliquem modum sibi superadditum, & ab ea separabilem, nam talis incommunicabilitas perpetua, & indispensable illi convenit, unde remanet, ut sola incommunicabilitas ipsa sit de ratione suppositi, ut sic, & per suppositum talem solum incommunicabiles excludatur illi opposita, æque ideo rectè ratione restringitur ad negationem unionis hypostaticæ; ut constat ex dictis 3. art. 1. & 2. Ad 2. negatur naturalis, & rem constituitur in esse naturali, sic enim negatio gratiæ in anima nostra dicitur naturalis, quia ex principiis eius naturalibus gratia non est illi debita, & sic in proposito dicendum de subsistentia, quod naturam creatam constituitur in esse naturali, quia ex naturalibus non coegit naturâ existere in supposito divino, sed in se ipsa, nec aliud mysterium in hoc argumento video. Ad ult. patet ex dictis n. 51. negationem unionis hypostaticæ in natura creata sumi posse per modum negationis, & privationis, quatenus enim est capax illius per potentiam obedientialem dicitur privato, quatenus non habet aptitudinem ad illam, sed naturaliter coegitatem ejus, sic potest dici negatio; sed ex hoc quod talis negatio dicitur privato atenta in natura capacitatis obedientialis, quam ad unionem hypostaticam habet, planè non video, quomodo sequatur quod subsistentia quoque naturalis convenit naturæ secundum capacitatem obedientialem, nam ad propriam subsistentiam dicitur naturam habere aptitudinem, & naturalem inclinationem, quatenus est illi commensurabilis debita, & solum in ordine ad divinum subsistentiam dicitur habere capacitatem obedientialem, gratis ergo deducitur illa consequentia, & sine ratione.

110 Quarto arguit Arriag. disp. 4. sect. 11. sub sect. 1. specialiter contra modum dicendi Scoti, qui subsistentiam explicat per duas negationes unam aptitudinalem dependentiam, aliam actualis, & in eis constituit rationem suppositi, nam sic dicendo ponit negationem suppositi in negatione rei aliam omnino repugnantem naturæ, non alteræ autem dicitur in lapide rationem suppositi consistere in negatione aptitudinali, & actuali intellectiõnis, repugnant namque omnino naturæ dependente alienum suppositum in creatis, cum id sit negativum, ideoque realem dependentiam naturæ terminare non possit. Deinde in una negatio dicit nec dividitatem posse naturam terminari in alieno supposito, certè jam ibi includitur, quod actu non terminetur, quod ergo duo ponuntur negationes. Tandem cum alienum suppositum sit negativum, inde fit, ut in meo negotio aliteris suppositi sit negativum negotiõnis, quod planè est chimericum; nam negatio tempor est respectu termini positivi, ponere autem duas negationes, quæ nullum terminum positivum negent, sed una neget aliam; & nihil habeant amplius, est imperceptibile.

Resp. Arriag. sic arguendo ostendit non satis mentem Scoti se percipisse in hac materia, nam Scotus esse explicat personalitatem creatam per duplem negationem dependentiam, seu communicationis actualis, & aptitudinalis ad alienum suppositum, addit tamen non debere adjungi tertiam negationem, scilicet communicationis potentialis, quia omnis creatura est in potentia obedientialis ad Deum, ut alieno communicetur supposito, & sola divina natura tale habet repugnantiam; ideoque solum divinum suppositum illa triplici gaudet negatione; non ergo Scotus ponit personalitatem in negatione rei omnino repugnantis naturæ, quia omnis natura creata potest alieno terminari supposito, si non creato, quia negativum est (esse id adhuc multo affirmem ex nominis Scoti hic eo non obstante) saltem divino, quod sufficit ad solutionem argumenti; deinde etiam solum esse explicari non posse personalitatem per negationem rei, seu dependentiam repugnantis naturæ, nam sic de facto explicatur divina personalitas; cum ipsa dicat etiam negationem potentialis dependentiæ ad alienum suppositum; ideo verum sit huiusmodi negationem petere aliquam positivam entitatem divinam naturæ intrinsecam, ob quam ei necessarium, & indispensabilem convenit, & quæ sit causa talis repugnantia; unde quævis ita explicari nequeat creata personalitas, bene tamen potest explicari divina. Ad 2. non dixit Scotus naturam creatam nec divinitus alieno potest terminari suppositum, sed solum dicit non habere aptitudinem ad alienum suppositum, quia existit in se subsistere, & non in alio, neque confundi debent negatio dependentiæ aptitudinalis, & potentialis, primam habet suppositum creatum non secundam; quamvis autem negatio potentia inferat utique negationem actualis, nam non fit, nisi quod fieri potest, negatio tamen aptitudinis non inferit semper negationem actualis, quia lapis non habet aptitudinem ad esse sursum, & tamen interdum est actu sursum, ut in proposito natura humana non est apta aptitudinem ad existendum in divino supposito, & tamen de facto subsistit in illo; ad ultimum negatur consequentia, primò, quia creata personalitas non explicatur,

nisi per incommunicabilitatem ad divinum suppositum, quia nobis non constat fidei lumine alio supposito communicari posse, deinde quando explicatur etiam per incommunicabilitatem, vel negationem dependentiæ ad suppositum creatum, quod est negativum, non adhuc sequitur illa consequentia, quia personalitas mea non dicit negationem alterius suppositi immediate, sed negationem communicationis, seu unionis hypostaticæ cum alio supposito, quæ quidem unio non est negatio.

111 At contra instat Arriag. probans non bene explicari personalitatem creatam per negationem præcisè communicationis ad divinum suppositum; primo, quia subsistentia humana eadem esset, etiam si subsistentia divina quid positivum non esset, in quo casu secundum Scotum subsistentia humana explicari non posset. Deinde, quia ratio subsistentiæ prout abstrahit à creatâ, & increata, non erit eis magis communis, quam ens sit commune enti, & negationi; unde creaturæ nullam habebunt veram, & realem subsistentiam. Tandem quia vanus est hic modus dicendi potest in creaturis unam entitatem, aut suppositivalem solum ad negandam unionem cum supposito Dei, nam hoc potest etiam possemus in lapide ponere aliquid suppositum ad negandam unionem ejus cum homine, & aliud ad negandam unionem cum sanctificatione divina &c. quod est manifestè falsum.

Resp. immò personalitatem creatam melius explicari non posse, quam per negationem communicationis ad divinum suppositum, & ratio est, quam asserit doctissimus Card. de Lugo disp. 1. cit. a num. 54. quia non omnis incommunicabilitas putanda est per personalitatem importari, aut à personalitate tribui, sed negatio tantum communicationis respectu illius, qui posset per divinam potentiam supernaturaliter communicari, quia non nisi per eum notitiam habuimus subsistentiæ, de qua hic est sermo; unde cum ex fide nobis innotuerit solum, quod natura creata possit communicari divino supposito, non possumus rectè ratione personalitatem naturæ creatæ, nisi per negationem communicationis cum divino supposito explicare, & cum ait Arriag. quod subsistentia humana eadem esset, si divina quid positivum non esset, negatur, quia tunc natura creata in alio modo subsistens esset, & sic substantia singularis aliam subsistentiam non haberet præter illam, quæ secernitur ab accidente, quam utique concedimus esse quid positivum, non tamen à substantia realiter distinctum; neque id mirum esse debet, quia talem subsistentiam naturæ superadditam non novimus, nisi quia fides docet in Christo esse humanitatem sine propria, & connaturali subsistentia; Ad 2. satis dictum est supra n. 68. & 69. & mox iterum dicemus. Ad ult. non est vanus Scoti dicitur seculus, sed potius quem facit Arriag. nam supposititas explicari debet utique per aliquam incommunicabilitatem, ut omnes concedunt, nec melius explicari potest, quam per incommunicabilitatem suppositalem, & hoc in ordine ad suppositum, à quo creata natura potest assumi, cumque ex fide non constet alium posse præterquam à divino supposito, rationabiliter explicatur per negationem ad illud, non autem ad alia, quæ talem dependentiam terminare non possunt.

ARTICULUS IV.

Argumenta Theologica contra eandem opinionem enodantur.

112 Sed præterea opinio de negativo adoriuntur. Ad verba argumentis theologis, & primo argumentum producit ex Trinitatis mysterio, nam divina personalitas dicit quid positivum ut omnes fateantur Theologi, ergo etiam creata personalitas, nam creata personalitas est quædam participatio personalitatis divini juxta illud Pauli à quo omnis paternitas in Cælo, & in terra est. Tum quia divina natura est per se, & essentialiter subsistens, & nihilominus ei additur aliquid positivum incommunicabile saltem ratione distinctum; ergo tantò magis natura creata indiget tali addito, cum non sit per se essentialiter subsistens, sicut divina. Tum quia divina nature additio talis positivi minus convenire videtur eo tumnam eius simpliciter, & tamen ibi admittitur; ergo tanto magis admitti debet in natura creata. Tum quia aliquoquin non personalitatem per negationem rei, seu dependentiam repugnantis naturæ, nam sic de facto explicatur divina personalitas; cum ipsa dicat etiam negationem potentialis dependentiæ ad alienum suppositum; ideo verum sit huiusmodi negationem petere aliquam positivam entitatem divinam naturæ intrinsecam, ob quam ei necessarium, & indispensabilem convenit, & quæ sit causa talis repugnantia; unde quævis ita explicari nequeat creata personalitas, bene tamen potest explicari divina. Ad 2. non dixit Scotus naturam creatam nec divinitus alieno potest terminari suppositum, sed solum dicit non habere aptitudinem ad alienum suppositum, quia existit in se subsistere, & non in alio, neque confundi debent negatio dependentiæ aptitudinalis, & potentialis, primam habet suppositum creatum non secundam; quamvis autem negatio potentia inferat utique negationem actualis, nam non fit, nisi quod fieri potest, negatio tamen aptitudinis non inferit semper negationem actualis, quia lapis non habet aptitudinem ad esse sursum, & tamen interdum est actu sursum, ut in proposito natura humana non est apta aptitudinem ad existendum in divino supposito, & tamen de facto subsistit in illo; ad ultimum negatur consequentia, primò, quia creata personalitas non explicatur,

Resp. concessio antecedente ob rationem sæpè dictam, quia nempe divina persona repugnantiam habet, ut alteri supposito communicetur, quæ repugnantia supponit entitatem positivam in persona, quæ sit intrinseca radix talis repugnantia, negando consequentiam ad personam creatam, quæ talem repugnantiam non habet, ad primam probationem dico potius probare oppositum, nam si personalitas creata est participatio personalitatis divinæ, iam debet ab ipsa in perfectione deficere, atque ideo per negativum constitui, hæc enim de causa, ut notat Doct. 3. d. 1. quæ. 1. G. persona creata deficit in perfectione personalitatis à divina persona, quia



hæc est simpliciter, & omnino incommunicabilis, creata verò secundum quod tantum, nimirum quando retinet negationem unionis cum alio supposito, quæ tamen absolute est ab ea separabilis, nec illa consequentia absoluta tenet, personalitas creata est participatio divinæ, ergo debet esse positiva, sicut illa, nam sic etiam argui potest de aliis perfectionibus communibus Deo, & creaturis, dicendo sapientia creata est participatio divinæ sapientie, ergo est substantia, sicut illa; tum quia personalitas in divinis aliis quod minus positivum exercet præsertim in ordine ad actus notionales, non autem in creatis, nam licet sit aliquo pacto conditio ad operandum requirit modo sequenti quæ explicando, non tamen est propriè principium operandi. Ad 2. probationem illius consequentie dico personalitates divinas ad di naturæ non ex indigentia, ut nimirum per eas simpliciter, & absolute subsistant, quemadmodum innuit argumentum, sed ut per eas reddatur incommunicabilis, & ubi ante earum adventum intelligebatur incommunicabiliter subsistere, per eas postea intelligitur subsistere incommunicabiliter, unde & hæc probatio potius est ad oppositum, quia cum subsistentia addatur naturæ ad reddendam eam incommunicabilem, ex hoc capite potius indiget aliquo positivo superaddito natura divina, quam singularis creata, quia hæc præcisio quocunque alio est ulterius incommunicabilis, saltem ut quod, at illa etiam in sua singularitate est pluribus communicabilis, atque ideo ex hoc capite magis indiget positivo superaddito natura divina, quam creata. Ad 3. probationem negatur additioem positivam, quia natura divina incommunicabilis redditur, repugnare ejus summe simplicitati, ut fuit probatum Doctor 1. d. 2. q. 7. Ad 4. Fab. disp. 2. cit. cap. 5. negat absolute personalitatem dici de divina, & creata, atque hæc esse responsum Doctoris 2. d. 2. q. 1. art. 3. hoc tamen fallum est, quia Doctor illi subdit, G. concedit personam divinam cum creata univocari in illa duplici negatione dependentiæ, scilicet actualis, & aptitudinalis ad alienum suppositum, non autem in tertia negatione nimirum dependentiæ potentialis, quia hæc necessaria quid positivum præsupponit, in quo radicatur, & tantum in divina persona reperitur, quæ est perfecta persona, non in creata sed de univocatione persone divinæ, & creatæ fuit dictum est supra art. 1. n. 68. & 69. neque est, cur Adversarij hoc argumentum ex univocatione personalitatis desumptum adeo inverenter contra Doctor. urgeant, & de ejus consequentia admittant, quasi Doctor hoc argumentum non præviderit, ac inconsequentiam quæ sibi poterat obici in hoc ejus asserto, nam ipsemet loc. cit. 3. d. 1. q. 1. art. 3. §. per hoc ad argumentum, totam hæc difficultatem prævidit, & interminis optime solvit; unde tandem hæc rationem ex mysterio Trinitatis deducit contra opinionem de negativo fatentur Arias, & Lugovic, non esse efficacem.

112. Secundo arguit Hurtad. disp. 11. Metaph. sect. 2. natura divina præcisio per intellectum a relationibus nullam habet dependentiam ab alio, sed potius illius negationem, tam aptitudinalem, quam æqualem, sibi enim nulla est imperfectio, nec magis dependet natura a relatione, quam hæc ab illa, sed natura sic præcisio non est suppositum, ergo suppositum non constituitur negatione dependentiæ, alioquin natura divina sic independens esse suppositum.

Resp. quod Scotus per dependentiam naturæ a supposito intelligit communicationem ipsius illi, communicatur autem natura proprio supposito quasi per identitatem cum illo, non quod supposititas ab ipsa natura realiter non distinguatur, & sit separabilis ab ipsa, sed quia quidditative includitur in constituto ex ipsa, & natura singulari, cui superadditur, communicatur vero supposito alieno per unionem hypotaticam ad illud, unde magis propriè dicitur dependere a supposito, cum alieno supposito communicatur, quam quando communicatur proprio, quia huic non communicatur tanquam alicui extrinseco ab ipsa distincto, ita hæc dependentiam dicitur verbis Doctor explicat quol. 19. §. secundum potest, lit. M. ubi ait naturam dependere ad suppositum est ipsam communicari supposito proprio, vel alieno; juxta quam explicationem negandum est essentiam divinam a relationibus præcisam habere negationem utriusque dependentiæ, quam vis enim ut sic, non intelligatur actum communicata divinis suppositis, est tamen illis communicabilis, & ideo in hoc sensu non habet negationem dependentiæ aptitudinalis, scilicet communicabilitatis, atque ideo persona dici nequit. Dices, saltem, ut sita relationibus præcisæ est incommunicabilis supposito alieno, seu alterius naturæ, quod sufficit ut persona diceretur, si personalitas in tali consisteret incommunicabilitate. Resp. neque adhuc dici posse personam, quia est communicabilis proprio supposito, qua communicabilitate etiam debet persona carere.

114. Tertio ulterius ex mysterio Incarnationis argumenta deducunt, nam multa dicuntur a Conciliis, & Patribus, quæ in sententia de negativo la vari nequaquam possunt, primò enim dicitur, quod persona divina in Christo Domino simpliciter personalitatem creatam, sed nihil supplet, si personalitas est nihil, dicitur etiam Verbum assumendo humanitatem consumpsisse personam creatam, non naturam, nihil vero consumpsisset, si personalitas creata nihil esset. Secundo dicitur Verbum assumpsisse naturam humanam, non suppositum, quæ Conciliorum definitio vana esset, & ridicula in Scoti sententia de negativo, quia vel sensus esset, ut ait Hurtad. Verbum sibi univit humanitatem non relinquent eam in unitam, aut sine unione ad se, vel ut ait Lugo sensus esse naturam assumptam a Verbo manifeste per se existentem

sem sine unione ad Verbum, quod ad eadem est, ut nemo sanus mentis putare possit; Nestorium, aut alium hæreticum de hoc dubitare, quis enim diceret data ea unione manifeste in Christo suppositum creatum? id enim esset formalissimè dicere fuisse humanitatem unitam, & non unitam Verbo: nec ad recidendum hunc errorem fuisse cum hæreticis necessaria longa adeo, ac sentia disputatio, quia statim potuisset convinci patentissimè contradictionis, quando ergo definitur Ecclesie in Concilio Ephesino contra Nestorium Verbum assumpsisse naturam, & non personam humanam, non solum intellexit docere per unionem humanitatis cum Verbo ablatam fuisse à natura negationem unionis, quia id de seclarum erat, & ab hæreticis gratissimè concelebratum, sed docere voluit ablatam essentiam aliquam positivam constituentem suppositum creatum, quam simul cum natura assumptam esse volebat Nestorius; ita concludit Arias. Tertio dicitur, hæc unionem naturam humanam Verbo exaltatam, at in opinione Scoti potius depreffa fuisse, quia sine tali unione fuisse ab alio independens, & per hæc unionem fit dependens, nobilissimè autem est independens, quam dependens. Quarto dicitur, naturam assumptam pro nullo instanti fuisse sub propria personalitate, sed semper subsistentia subsistentia Verbi, hoc autem esse fallum in opinione Scoti, quia humanitas Christi fuit prius producta saltem prioritate naturæ, antequam fieret producta unio hypotatica in ipsa, sed in illo priori habuit negationem actualis, & aptitudinalis communicationis, ergo in illo priori fuit in se persona, si in talibus negationibus personalitas consistit.

115. Respondetur negando assumptum nam per opinionem de negativo omnia bene salvantur dicta a Patribus, & Conciliis de mysterio Incarnationis, si rectè intelligatur, ad 1. probationem respondet Faber disp. 2. cit. cap. 5. ad 6. quod persona Verbi supplet modum essendi naturæ singularis, quæ est cum illa negatione duplicis dependentiæ, scilicet naturæ creata singularis sibi relicta esset, existeret per se, id est non dependeret actu, nec aptitudinè ad extrinsecum suppositum, & hoc ex se ipsa haberet, & non aliunde; per assumptionem autem factum est, ut natura creata hæc hodie esse cum illa duplici negatione, scilicet quod non dependeat actu, nec aptitudinè ad alienum suppositum, natura enim creata modo assumpta à Verbo est ita perfecta personata actuali in persona, ac si esset persona propria personalitate, & in hoc sensu inquit, quod persona Verbi supplet personalitatem creatam, nec ob id dicitur supplere nihil, sed aliquid, licet non sit positivum, scilicet illum modum essendi. Hæc tamen solutio falsa est, nam fallum est personam divinam eo modo supplere in Christo personatam creatam, ut faciat eam actu independentem ad alienum suppositum, sicut faceret creata personalitas, si enim humanitas assumpta ad ea dependet ad extrinsecum suppositum, ergo non habet negationem talis dependentiæ actualis. Fortè dicitur Faber personam Verbi facere humanitatem assumptam actu independentem ad quocunque aliud suppositum extrinsecum præter suppositum Verbi. Sed licet hoc sit verum, non ob id tamen rectè dicitur humanitas esse in Verbo cum negatione dependentiæ actualis ad extrinsecum suppositum, quia actu dependet ad ipsum Verbum, quod est suppositum extrinsecum naturæ assumpta, unde est implicita in adiecto, quod verò sit assumpta à Verbo, & sit actu independens ab extrinseco supposito, quia tunc esset unita, & non unita Verbo. Neque etiam bene diceretur adhuc in eo sensu divinam personam supplere modum essendi independentem, quem naturæ assumptæ sibi dimisit præstare creata personalitas, hæc enim ita reddit independentem propriam naturam, quam afficit, à supposito alieno, ut eam licet profors actu independentem à quocunque supposito extrinseco, hoc autem præstare nequit divina personalitas, nam eo ipso, quod naturam creatam terminat, reddit eam actu dependentem ab aliquo extrinseco supposito, scilicet divino; ergo hæc Fabri solutio implicitantiam ponit in adiecto, quod verò ait personalitatem divinam non supplere nihil, sed aliquid, quia personalitas creata, cuius vices gerit, est aliquid negativum, licet non sit aliquid positivum, jam supra rejecti n. 66. quia negatio licet sit realis, maiè appellatur ens, vel aliquid negativum.

116. Pro exacta tunc huius difficultatis solutione advertendum est id, quod docet doctissimus Card. de Lugo, quod communiter dicitur personalitatem divinam in Christo supplere vices personalitatis creatæ, & quod natura humana Chæstis accipit à substantia Verbi omnè id, quod habet à veritate substantia, non esse in omni rigore intelligendum, quia licet veram sit, humanitatem Christi subsistere per subsistentiam Verbi, adhuc tamen certum est non subsistere per eam eodem profors modo, quo subsisteret per propriam subsistentiam creatam, siquidem creata personalitas, sive ponatur in positivo, sive in negativo, tribuit naturæ secundum omnes, ut à nullo supposito extrinseco actu dependeat, quod planè præstare nequit divina personalitas, ut dictum est contra Fabrum, tum quia natura per propriam subsistentiam subsistit in se, & per se, nec est alteri communicata, & per subsistentiam alienam subsistit in alio, & cum alio, per quam doctrinam enervatur penitus argumentum ultimum Hurtad. quod asserit loc. cit. §. 2. ubi contendit, Verbum ita debere supplere vices hypotaticas, & personam creatam, ut humanitati assumptæ tribuatur omnes profors effectus formalem, omnemque denominationem, quam tribuit hypotasis creata, quod probat evensure non posse, si creata personalitas in negatione consistit; enervatur inquam, quia fallum

sum est hoc assumptum. Dicitur ergo Verbum supplere, vel gerere vices personalitatis creatæ, & quoad esse, & quoad operari in hoc sensu, quoad esse quidem, quia in eo instanti, in quo natura humana, si sibi dimissa fuisset, habuisset duplicem illam negationem, ratione cuius diceretur per se esse, & ab alio non dependere, Verbum naturam illam prævenit, ne per se fleret, fecitque quod ab alio dependeret, & quæ sibi dimissa in se persona facta fuisset, modo assumpta dicitur personata in alio; sicut et contra circa accidentia eucharistica dicitur Deus supplere vices subiecti, non quia se accidens subieciat, & illam in se recipiat, sed quia per specialem concursum secundum modum ita modo illa conservat in se subieci, sicut prius conservabat cum subieci; quoad operari etiam in hoc sensu dicitur supplere vices suppositi creati, ut bene declarat P. Bellatus Collega mens traç. de Incarn. disp. 1. qu. 1. nu. 18. quia sicut suppositum creatum est, quod ultimò denominatur agere, & pati, ita Verbum ultimò denominatur agere, & pati quoad actiones humanas, ad hoc autem non exigitur positiva entitas in supposito creati, quia ut patet ibi, sequi. suppositum non concurret physicè influendo per subsistentiam in adiones, & hoc est vel aliquid quod dicitur supplere Verbum; unde patet hoc argumentum, quod adeo magnificè Adversarij posse contra ipsos retorqueri, quandoquidem etiam secundum ipsos nullus effectus præstat naturæ propria personalitas, quos personalitas extrinseca supplere non potest.

117. Ad alud de consumptione personalitatis creatæ per in creatam Faber cit. num. 43. ait in hoc sensu debere intelligi, quia personalitatis Verbi assumendo naturam consumpsit incommunicabilitatem creatam, sive illum modum essendi cum illa duplici negatione, quæ illi modus in natura humana Christi non est, & sic per unionem incarnationis natura humana non auferatur aliquid positivum, sed solum sit acquisitio duplicis dependentiæ actualis, scilicet & aptitudinalis, & deperditio duplicis independentiæ. Verum hæc solutio contradicere, quod dixerat immediate antea sub num. 42. ad illud de supplemento personalitatis creatæ per in creatam, dicit enim hoc implementum fieri, in quantum per assumptionem factum est, ut natura creata haberet hodie esse cum illa duplici negatione dependentiæ, scilicet actualis, & aptitudinalis in verbo ad alienum suppositum; at in hæc posteriori responsione inquit hæc duplicem negationem consummari in adventu personalitatis creatæ, & quod sic acquisitio duplicis dependentiæ actualis, & aptitudinalis, & deperditio duplicis dependentiæ, ecce manifestam contradictionem in paucis verbis. Deinde fallum est amitti per unionem hypotaticam negationem dependentiæ aptitudinalis in humanitate assumpta, amittunt quidem, vel potius impeditur negatio dependentiæ actualis; at negationem dependentiæ aptitudinalis semper retinet in Verbo, ut palam & non semel docet Doctor. Tandem neque placet modum loquendi Fabri, quod in hoc sensu personalitatis increata consumpsisse dicitur creatam, quia per unionem hypotaticam destructa fuerit negatio dependentiæ actualis eo modo, quo dicitur privatio consumi in adventu formæ, quia per talem modum loquendi significatur naturam in aliquo priori instanti habuisse negationem actualis dependentiæ ad Verbum, atque ideo fuisse in se personatam, & postea per unionem hypotaticam illius humanitatis ad Verbum eam negationem fuisse expulsum, & consumptam, & ita planè videtur sentire Faber ex ejus loquendi modo, hoc autem minimè dici potest, ut mox declarabitur, quia natura à Verbo assumpta, nunquam fuit in se personata, sed semper in Verbo. Cùm ergo dicunt Patres, vel Concilia Verbum consumpsisse personalitatem creatam in humanitate assumpta, sensus est, quod assumendo naturam in eo ipso instanti, quod in se personari debebat, impedit in ea resultantiam personalitatis creatæ, quod ita bene verificatur, si personalitas creata in negatione consistit, perinde ac si consisteret in positivo; quod si in eo sensu rigorose accipiatur illa locutio, ut prætedit argumentum, & non potius in sensu nunc dato, planè nedum probatur personalitatem creatam quid positivum esse, sed etiam in istilo nature, priusquam assumetur, & in ipsa actuali assumptione fuisse destructam, & consumptam, quod dici nequit, quia tunc natura priori instanti prius in se personata fuisset, quam Verbo unita.

118. Ad 2. probationem illius assumpti ex PP. & Conciliis dicentibus naturam fuisse assumptam, non autem personam contra Nestorium, Poncius disp. 18. cit. a. num. 123. optime ostendit contra Recentiores in argumento allegato, quomodo determinatio Conciliorum contra Nestorium de assumptione naturæ, & non personæ, adhuc in sententia de negativo non est incepta, & ridicula, imò verior, & magis vera, quam in sententia de positivo, siquidem opinio de negativo magis evidenter convincit errorem Nestorii, quam opinio de positivo, ut ostendi art. 2. difficultate 6. à n. 89. & inde. Sed ad exactam huius puncti intelligentiam sciendum est, Nestorium non agnovisse veram, realem, & physicam unionem inter naturam humanam, & Verbum, sed tantum unionem assistentiæ, vel unionem moralem secundum dignitatem, assistentiam, & gratiam, unde Christum tantum hominem dicebat, non autem Deum, sed in quo Deus specialis quadam prærogativa habitaret, ut refert Alphonsus de Castro la. tit. *Christus hæretici* §. 2. & sic talem unionem dicitur inter naturam, & Verbum, & sic talem unionem dicitur inter naturam, & Verbum, bene potest Nestorius asseverare eam unionem personæ humanæ cum Verbo, absque ulla contradictione, quia persona non dicitur negationem unionis accidentalis naturæ cum alio supposito, quo

sed unionis per se, & substantialis, & ideo Concilium Ephesinum ad hunc errorem damnandum determinavit inter naturam assumptam, & Verbum non esse solam unionem accidentalem, & moralem nempe per assistentiam, vel effectum, aut dignitatem, sed veram, physicam, realem, & substantialem, ex qua determinatione contra Nestorium facta determinat consequenter Verbum solam naturam assumpsisse, non personam, eo quia personæ conceptus licet stare possent cum unionem accidentali naturæ humanæ ad divinum suppositum, non tamen stare possent cum unionem, seu communicatione per se, & substantiali, quia persona in suo conceptu vel incommunicationem includit, sive formaliter, sive concomitanter, unde tam in opinione de negativo, quam de positivo cum unionem naturæ ad divinum suppositum salvari nequit in natura sic unita ratio propriæ personalitatis, quia hæc vel consistit in negatione formaliter talis unionis, & communicationis, vel saltem ad eam necessariò consequitur. Et licet patet, quomodo Concilium per hæc determinationem non magis favorit unam opinionem, quam alteram, & si favorit, potius favorit opinionem de negativo, ut patet, quæ immediatus, ac evidenter convincit errorem Nestorii per evidentem contradictionem.

119. Hinc patet etiam quomodo in argumento fallacia committatur, ut ostenditur ridicula Concilii determinatio in opinione de negativo, quia Recentiores opponunt, ut concessam à Nestorio realem, & physicam unionem inter naturam, & Verbum, quia data utique necessaria non erat determinatio Concilii, quod Verbum assumpsit naturam, & non personam, in sententia de negativo, quia persona dicit formaliter naturam non unitam alteri supposito; at fallum est assumptum, quod Nestorius talem unionem physicam inter naturam, & Verbum concederet, concedebat enim solam unionem accidentalem, & moralem, Et si unionem physicam concedebat, posset argumentum pariter in Adversarios retorqueri, quod fuisset ridicula determinatio Concilii contra Nestorium, vel saltem minimè necessaria, quia in sententia quoque de positivo, & personalitas non dicit formaliter negationem unionis ad aliud suppositum, dicit tamen eam concomitanter, adeo ut natura cum sua personalitate sit incommunicabilis alteri supposito, unde etiam iuxta hæc sententiam Nestorius concessit unionem physicam naturæ cum Verbo, ac etiam personæ, sibi contradixisset, quia natura in se personata in quocunque sententia significat naturam non alteri communicatam, sive hæc negationem dicit formaliter, sive tantum concomitanter. Possent etiam secundo responderi, fortè Nestorium tenuisse opinionem de positivo, & quod cum natura cogitaverit quod fuisse assumptam illam entitatem, quam addit naturæ personalitas iuxta hæc opinionem; & quod ideo ad hunc errorem conveniendum determinaverit Concilium fuisse quidem à Verbo naturam assumptam, non tamen illam entitatem, quam cogitavit Nestorius personalitatem superaddere naturæ; ex hoc autem, quod talis fuerit opinio Nestorii, non sequitur Concilium per suam determinationem voluisse quoad hoc favore opinio ni de positivo, quam tenebat Nestorius, sed utramque opinionem in sua probabilitate reliquit, & pondum quod erat de sine desinit, scilicet naturam duntaxat fuisse à Verbo assumptam, non verò personalitatem, si hæc dicitur entitatem positivam naturæ superadditam, ut patet in Nestorio.

120. Ad 3. probationem dico argumentum quod militat contra utramque opinionem, nam etiam in opinione de positivo, natura in se subsistens dicitur ab alieno supposito independens, & in eo ipso quod ab alio assumitur, dicitur aliquo pacto dependere ad illud, quare in utraque opinione fatendum est, naturam humanam in Christo per unionem hypotaticam ad Verbum fuisse mirabiliter exaltatam, quatenus sunt assumpta ad subsistentiam longe nobilioram, quam sit propria, unde dependentia ad alienum suppositum creatum esset quidem imperfectior, quam dependentia, sed dependentia ad suppositum divinum est perfectior independentia naturæ in se ipsa, ut dixi num. 108. Ad 4. probationem respondeat ex Licheo 3. distinct. 1. q. 1. in §. non asserendo, negando minorem cum probatione, quia in eodem instanti, quo nata erat Verbo, unde non est inter se per se actu exillem, & per se existere sicut assumpta à naturæ positivo fuerit per se actu exillem, & per se existere in instanti instanti nature fuerit assumpta, & per se existere in instanti instanti nature fuerit personata, sed personata in Verbo, quia tunc fuisset prius in se personata, sed intelligendum est, quod simpliciter in eodem instanti nature, quod fuit natura per se hæc, & existere fundando illam duplicem negationem, sicut à Verbo assumpta, & consequenter à subsistentia Verbi impedita resultatio in natura illius duplicis negationis, quæ conaturaliter in eodem instanti ad eam sequi debebat. Dices, humanitas Christi non fuit producta per actionem hypotaticam unitivam, sed in aliquo priori nature instanti supponebatur producta ante ipsam unionem, ut omnes concedunt, & in illo priori erat per se existens, & sine unione ad divinum suppositum, ergo erat vere persona, si personalitas consistit in negatione talis unionis. Respondet Scotus 2. dist. 1. q. 3. *Respondet*, & 3. dist. 2. q. 1. G. respectu tertii unum dici posse prius naturæ convenire alio vel ordine naturæ positivo, quando nimirum unum re vera prius inest illi, quam in sit posterior, sicut est de animalibus, & rationalibus in homine, de materia, & forma in composito per se, & substantia, & accidente in composito per accidens, vel ordine naturæ privativo, quando nimirum unum dicitur prius illi tertio convenire, quam aliud, non quod re vera prius in sit, de facto, sed quia prius in se sit, nisi ab agente extrinseco impediatur, quo



quo sensu privatio dicitur prius, natura convenit materiam quam forma, etiam si materia simul concretae...

121. Quæres, an saltem natura humana prius potuerit in se personari, quam assumi. Quidam Theologi hoc negarunt, ut refert Bassolius 3. dist. 5. qu. un. art. 3. quia tunc assumpta fuisset natura simul cum personalitate...

122. Quarto, ulterius arguit Suarez, Arias, Lug. Hurt. & alii ex absurdis, quæ ex nostra sequerentur opinione nam sequitur primo humanitatem Christi effectam completam substantiam ex omni parte...

123. Respondetur negando illum sensum absurdum esse opinionem de negativo, & quidem primam, quod inde deducitur, non solum non est absurdum, sed potius maxime necessarium...

contra opinionem de positivo, quia inde sequitur naturam à Verbo assumptam carere illa entitate positiva, quæ ponitur ultima, & actualissima...

124. Ad 3. dicitur hoc quoque absurdum facere contra opinionem de positivo, quia secundum eam ad personalitatem sequitur saltem negatio communicationis, nec auferitur talis negatio à natura...

125. Ad 4. negatur absurdum illud sequi, quia licet humanitas in Christo habeat negationem dependentiam, sive communicationis aptitudinalis cum Verbo, non tamen habet negationem actualis...

jus in nobis, unde saltem non esset perfectus homo substantialiter, sicut nos, negatur ergo illa consequentia, quia humanitas in Verbo proprio non habet personalitatem, & illa, quam habet in Verbo...

126. Demum Blasius à Concept. disp. 3. Metaph. qu. 1. quatuor præsertim rationibus urget sententiam de negativo, quarum prima, secunda, & quarta coincidunt cum hæcenus adductis...

127. Responsum nature non rediunt in suppositum, tamquam in principium quo, vel quod influunt physice in ipsas, sed tantum tamquam in principium, quod formaliter constituitur suppositum, & ultimæ denominatur agere, & pati...

QUESTIO V.

De quomodo substantia concurrat ad operationes suppositi.

128. Revolvere, ac dilucide dubium hoc resolvit P. Bellutus Collegæ meæ, dicitur de Incarn. disp. 1. quæst. 1. in quarta dubitatione addebatur fere nihil mihi superest in præserti dicendum...

non sunt suppositorum, quod aniam præbuit huic controversiæ, ut nullæ prius possint dari actiones, quæ à supposito non procedant, & in quas substantia non influat...

129. Præterea gratis concedunt omnes, suppositum ex natura, & substantia constituitur esse illud, cui maxime attribuantur operationes, aliaque munera, sive esse illud, quod denominatur operari, aliaque munera exercere, naturam autem esse principium, quod suppositum operatur, & propter hoc substantia, & suppositum dicuntur saltem denominative concurrere...

130. Hac præmissa declaratione pro tituli quæstionis intelligentia, tres in hac controversia sunt sententiæ, duæ extremæ, & una media; Prima extrema docet substantiam esse principium se, ac formale omnium actionum suppositi, si non integrum, & adæquatum, saltem partiale, & inadæquatum...

Opposita ex diametro sententia docet, substantiam nullo modo esse principium agendi, nec per se requiri, & concurrere ad actiones, sed merè concomitantem, & per accidens, ita Vafq. 3. p. dist. 8. cap. 2. & disp. 21. cap. 3. ubi ait substantiam propriam aut alienam nec esse quidem conditionem requisitam ex parte principii ad agendum...